



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De æqualitate fidei, spei & chatatis & operis. E

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

incarnationis habuerit, cum dictum est ei per angelum, Acceptæ sunt eleemosynæ tuæ, & exauditæ *Ad Ioh. 10. c*  
 sunt orationes tuæ? Si n. fidem incarnationis non  
 habebat, tunc ergo sine fide incarnationis erat ei  
 iustitia: quia de illo scriptū est, quod justus erat &  
 timens Deum. Si vero fidem incarnationis habe- *Ibidem.*  
 bat, ad quid ergo missus est ad eum Petrus? Sane  
 dici potest, eum sicut fidem unitatis, ita & incarna-  
 tionis habuisse de reuelatione, sed incarnatū iam  
 esse Dei filium ignorasse: & ideo missus est ad eum  
 Petrus, ut iam natum Dei filium ei annunciasse,  
 & sacramentum regenerationis ei conferret. Ha- *Gre. hom. 19.*  
 bebat ergo fidem incarnationis, sed an facta, vel *ad illud*  
 futura esset non nouerat, & ira per fidem venit ad *Ezech. 40.*  
 opera, & per opera amplius solidatus est in fide. Per *Septem ve-*  
 fidem n. vt ait Greg. venitur ad opera. Cornelius *ro graduum*  
 etiam per fidem venit ad opera, Deum enim unum *erat ascen-*  
 credebat, sed filium eius nesciebat incarnatū. Per *sus eius li. 2.*  
 fidem placuerunt Deo opera eius. Sine fide enim *Aug. li. 1. de*  
 impossibile est aliquem placere Deo. August. vero *præd. cap. 7.*  
 dicit Cornelio dictum esse per angelum. Acceptæ *ad princip.*  
 sunt eleemosynæ tuæ, & orationes tuæ antequam *Tom. 7.*  
 in Christum crederet: nec tamen sine aliqua fide *Ad Ro. 10. c*  
 donabat & orabat. Nam quomodo inuocabat, in  
 quem non credebat? Sed si posset sine fide Christi  
 esse salus, non ad eum mitteretur architectus Ec-  
 clesiæ Petrus. Attende quid ait, sine fide Christi non  
 posse esse salutem: & tamen Cornelium exaudi-  
 tum antequam crederet in Christum. Quod ita  
 potest intelligi, scilicet, antequam sciret Christum  
 incarnatum, in quem credebat in mysterio.

De equalitate fidei, spes, charitatis, & operis, quæ secun-  
 dum aliquid sunt aequalia.

Illud etiam non est prætermittendum, quod fi- *E*  
 des, spes, charitas, & operatio secundū aliqd a qua-  
 lia, sunt in præsenti. Vnde Greg. Fidē, spē, charita-  
 tem, atq; operationem dum in hac vita viuimus, *Greg. ho. 22.*  
*ls. 3. ad illud*  
*Ezech. 40.*  
*& mensus*  
*est atrium.*

*Ibidem pau-* æquales sibi esse apud nos inuenimus: quia qua-  
*lo inferius.* tum credimus, tantum amamus: & quantum a-  
*Ibidem pau-* manus, tantum de spe præsumimus. Quisq; enim  
*lo superius.* fidelis tantum credit, quantum sperat, & amat:  
*Ibidem pau-* tantum operatur, quantum credit, & amat, & spe-  
*rat.* Sed ramen maior spe & fide charitas dicitur,

*I. Cor. 13. c* quia cum ad Dei speciem peruenitur, spes & fides  
*I. Tim. 1. a* erant, sed charitas permanet: & quia charitas  
*Lib. de Doc.* mater est omnium virtutum, quæ non ideo pos-  
*Christ, 1.* fidem & spē ponit, quod ex eis oriatur, sed pos-  
*cap. 40. in* illa remanebit aucta. Charitas enim nunquam ex-  
*principio.* cedit. Præmissa autem æqualitas proprie secundū  
 interiorum actuum intentionem consideranda

est. Hinc vero quod hic & superius dictum est, sci-  
*I. Tim. 1. a* licet, quod charitas non est ex fide & spe, sed è con-  
*verso, videtur obuiare, quod ait Apostolus. Finis*  
*præcepti est charitas de corde puro, & conscientia*  
*bona & fide non ficta. Quod exponens Aug. Cor-*  
*acepit pro intellectu, & conscientiam pro spe.*  
*Qualis inquit charitas est finis præcepti procedens*  
*de corde puro, id est de puro intellectu, ut nihil ni-*  
*si Deus diligatur, & conscientia, i. de spe bona, &*  
*fide non ficta, i. simulata. Non ergo charitas fidem*  
*& spem, sed fides & spes charitatem præcedere vi-*  
*dentur. Hoc ergo ea ratione traditum intellige,*  
*non quod fides & spes causa vel tempore charita-*  
*tem omniū bonorum matrem præcedat: sed quia*  
*charitas sine illis in aliquo esse nō pōt, sed illa sine*  
*charitate possunt esse: quamuis nō sit p'a fides vel*  
*spes sine charitate. Ideo ergo ex fide & spe proce-*  
*dere dicitur charitas, quia nulli prouenit sine istis.*

## DE SPE, QVID SIT.

## DISTINCT. XXVI.

*De spe.*

**E**st autem spes virtus, qua spiritualia & æterna  
*bona speratur, id est, cum fiducia expectantur.*  
*Est enim spes certa expectatio futuræ beatitudi-*  
*nis, veniens ex Dei gratia & meritis præcedenti-*

bus v  
 vel re  
 Sine  
 præs  
 Et  
 Aug.  
 vider  
 non e  
 Quod  
 vel qu  
 sting  
 iam r  
 rerur  
 la, &  
 ritar  
 dimu  
 cred  
 turu  
 des &  
 se qu  
 piter  
 mini  
 rum  
 bona  
 perti

Re  
 P  
 inci  
 diu  
 rute  
 beat  
 ati  
 ang  
 spe  
 pla